



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Sacrорvm Ritvvm, Sev Commentaria In Rvbricas Missalis Et Breviarii Romani**

In quibus origo cuiusque Ritus, Causæ historicæ, vel mysticæ, ex maiorum ingenio, Theoria, Praxis, Obligatio, & exquisitus Vsus, additis opportunè Decretis omnibus S. Rituum Congregationis, quàm breuißimiè explicantur

**Gavanti, Bartolommeo**

**Antverpiæ, 1634**

De omissione. Tit. I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40244**

4 Comm.in Rubr.Breuiarij. Sect.I. Cap.IV. & V.Tit.I.

differatur) ex consuetudine Romanæ Cutiæ, testante Paris. lib. 1. de Regn. benef. quest. 9. num. 15. imò ab hora, qua respondet hora in qua possessio capta est, Bonac. loco mox citando pun. 4. num. 10.

6 Qui plura habet beneficia, ad vnum Officium recitandum est tantummodò obligatus, Palud. 4. dist. 25. q. 5. quem sequuntur alij apud Bonac. disp. de Hor. Canonic. 1. quest. 2. pun. 4. num. 27. qui additum num. 28. eum, qui duo habet beneficia, alterum iuste, iuste alterum, teneri ad recitanda duo Officia. vide ibi optimam causam.

7 Initiatæ sacræ Ordinib[us] tenentur ad Horas Canonicas ex præcepto S. Gregorij Papæ, vt docet Cornel. Schultingius Tom. 1. Biblioth. Eccles. par. 1. cap. 24. vbi citat in hanc historiam de S. Gregorij præcepto Hermannum Gigantem in Flore temporum. Præcipitur ijsdem in Concil. Basiliensi cap. Qualiter, ac ex sola consuetudine eos obligari vult Nauar. cap. 7. num. 2.

8 Si censuris innodati sunt, adhuc tenentur, Siluest. Hora. quest. 3.

9 Incipit autem eorum obligatio statim ac ordinati sunt Subdiaconi, scilicet ad eam Horam quæ in Choro tunc temporis dicenda esset, Azor. lib. 10. cap. 13. quest. 17. quod si anticipent, recitando Horas antequam initientur, adhuc iterum debent eisdem recitate, Bonac. loco citato par. 5. num. 11.

10 Regulares quoque professi, tam mares quam feminæ, Choro addicti tenentur ad Horas Canonicas recitandas, Nauarr. cap. 7. num. 21. ex consuetudine ubique recepta, an Caet. v. Hora. si vero ejciantur per sententiam, aut ad tritemes compellantur, non tenentur, Sot. lib. 10. de Inst. q. 5. artic. 3. quem sequitur Bonac. disp. 1.

quest. 2. punc. 2. num. 3. nisi sint in Ordine sacro, ibidem. Voluntautem eiusmodi reos teneri, Nauarr. cap. 7. num. 20. Azor. cap. 6. quest. 7. & alijs quibus consentio.

11 Incipit in his obligatio ab horis professiæ votorum solemnum emiserunt; vt in similibus dictum est suprà num. 5. & 9.

De defectibus in Officio diuino contingentibus.

C A P . V.

**R** Euocari possunt defectus omnes in hac materia ad nouæ Titulos, nemp̄ omissionem, mutationem, intentionem, attentionem, prolationem, tempus, locum, ordinem Horarum, & interruptionem, de quibus hoc loco breuissime, & quasi per Aphorismos. Fusiūs ad hac illūmlos addit, hoc est rationes & argumenta, ad perfectum Hymnodivum, Anacletus Siccus, nostra congregationis, in libro edito de Ecclesiastica Hymnodia, cantibus in choralvalde utili, & proprie necessario.

De omissione. T I T . 1.

**Q** Votidiana recitandi Offici diuina obligatio cepit anno Domini 540. ex Sigeberto in Chronico. Quare, qui totum Officium vnius diei omittit, etiam absque contemptu, sine iusta causa, per solam negligientiam, peccat lethaliter, Nauarr. cap. 7. num. 1. & est communis. vnuamque peccatum est, sed gravius, si una voluntate omisit totum, ibidem num. 2. at in Subdiacono & Beneficiario simul, est duplex peccatum, ob duas obligationes, Ordinis & Beneficii, quod & in sequentibus nota, Dux

## De defectibus in Officio diuino contingentibus. 5

it.1.  
linc in  
tautem  
cap.7.  
& alij  
ab hori  
ennem  
tum et  
dini.  
  
efedus  
eria ad  
e omis-  
em, u-  
locum,  
ionem,  
& qu-  
nac li-  
& at-  
nodiis  
e con-  
lefinis-  
s chori  
  
Offici  
t anno  
ronice.  
vnius  
tempu-  
s, iligen-  
cap.7.  
imque  
vnta  
num.6.  
rio si-  
o danc  
eficij,  
Dis-  
Hortu

Eccles apud Bonac. loco citato quest. 5.  
punc. 1. num. 4. non autem si plura  
habeat beneficia, ut diximus supra  
cap. 4. num. 6.

3 Idem dic de eo qui omittit Horam integrum, Nauarr. loco cit. num. 1.

4 Idem de eo qui omittit Horam partem notabilem, Nauarr. num. 44. quam idem ex S. Antonino docet esse tertiam horae partem, ibidem. Alij putant medietatem horae parua, apud Bonac. loco cit. num. 2. censet Iohannes Petrus Moneta nostri Ordinis, de Distribut. par. 2. quast. 3. num. 33. decimam partem esse notabilem. Placet mitior Lessius & Bonac. sententia, horam paruam integrum tantum esse materiam peccati mortalis, & infra eam esse ita modicam quamecumque partem, ut Ecclesia non credatur ob eam facere velle reos ignis eterni.

5 Qui omittit Officium in primis sex mensibus ab adepta possessione beneficij, licet non amittat fructus, peccat tamen, Pius V. in Bulla aperié, Ex proximo Lateranensi.

6 Excusatur primo ob infirmitatem corporis iudicio Medici, Nauarr. cap. 21. num. 16. & si res est adhuc dubia, accedat assensus Superioris, Sot. lib. 10. de Iustit. quast. 3. Neque tunc tenetur audire alium recitantem, Nauarr. cap. 11. num. 6. quod intellige de impotentia ad totum Officium, vel ad maiorem partem eiusdem; in quibus casibus ad nihil tenetur: si vero potest recitare maiorem partem, vel aequalem, excusatur tantum à minori, vel aequali, quam non potest, Sanchez in Decal. Tom. 1. lib. 1. cap. 19. num. 2. Secundò, cæcus excusat, si cum socio non potest recitare, quem non habet, Nauarr. num. 13. quod si bonam partem memoria teneat, eam

recitet, num. 15. Tertiò, infirmus, qui non facile locum habet, quo cum possit sine sui præiudicio recitare, num. 19. idem Nauarr. Quartò, gravis occupatio excusat, qua omitti nequit neque differri sine aliorum offensione, & ea est ad longum tempus, ut desit tempus ad recitandum, Nauarr. num. 34. Quintò, iusta occupatio in Choro, querendi Psalmos alijs, incensandi, &c. Sanctus Antoninus. par. 1. tit. 9. cap. 12. §. 3. cum Nauarr. cap. 11. num. 36. Sextò, non excusat autem peregrinatio suscepita legitimè, Nauarr. num. 33. neque studium literarum, etiam per substitutum ferniatur Ecclesiæ, idem num. 31. Septimò, ob parentiam Breuiarij, etiam ex culpa, à qua non excusat, tamen ab Officio excusat, Azor. cap. 13. quast. 16. An vero à toto, vel à parte excusat, eadem dicitur quæ supra de infirmo, & cæco. Octavo, ignorantia regularum Officij excusat, licet peccet, qui suscipit Ordinem vel beneficium cum hac ignorantia, Nauarr. num. 20. nisi bona fide suscipiat, se statim cum alio recitaturum, Azor. quast. 18. Nonò, meritis mortis excusat, si ab hostibus Ecclesiæ periculum vita immineat, idem Azor. quast. 19. Decimò, si absoluatur a Papa, non tenetur recitate, Nauarr. cap. 11. num. 31. ab Episcopo non potest absolvi, num. 24. Potest autem Religiosus ut Religiosus non teneri, ex dispensatione Superioris, ut ex causa studiorum, vel alia iusta; quia potest Superior in legibus Religionis dispensare, Lessius cum Bonac. disp. 1. quast. 2. punc. 2. num. 9. Superiorum intellige supremum, ait Bonac. Denique tenuitas beneficij non ultra octo ducatos, ex quadam aequitate, Confessarij prudentis

A 3

dantis

6 Comment.in Rubr. Breuiarij. Sect.I. Cap.V. Tit.2.

dentis arbitrio, excusare potest à quotidiana Officij recitatione, dummodo diebus Festis recitetur, *Homobon. noſter trac. 4. cap. 5. queſt. 33.* quod & concedunt alij apud *Molfesinū trac. 5. de Hor. Can. cap. 3. num. 26.* quando non excedit sexdecim ducatos.

*De mutatione Officij diuinī.*

T I T. 11.

**S**acra Rituum Congregatio respondit, non esse relinquendum Officium debitum pro alio Officio devotionis, die 29. Nouemb. 1603.

2 Episcopus Regularis debet Officium recitare iuxta ritum suae Diœcesis, non Regulæ, & occurrente Festo Regulæ in Festo Diœcesis, hoc præferri debet. ita censuit sacra Rituum Congregatio 11. Junij 1605.

3 Cappellani Episcopi, qui cum eo recitant Officium, debent se illi conformare. Eadem Congregatio die eadem.

4 Qui sunt de gremio Ecclesiæ, debent recitare Officium quod in Choro dicitur: & licet extra Ecclesiæ vel Diœcesis morentur, decet eos recitare Officium proprium Ecclesiæ ipsorum. Eadem Congregatio die 8. Septemb. 1602.

5 Clerici, licet adscripti alicui Ecclesiæ & eiusdem seruitio, non tamen obligati Choro, & quicumque alij Clerici ſeculares Regulariſve, in ciuitate vel Diœcensi commorantes, non tenentur recitare Officia propria Sanctorum illius Diœcesis, vel quæ de consuetudine in eadem Ecclesia recitantur in Choro. Eadem sacra Congregatio die quæ ſuprâ 8. Septemb.

6 Festum Patroni principalis loci tenentur omnes cum Officio de eodem, etiam Regulares, celebrare; non

autem Octauam Regulares, vt censuit ſepiuſ eadem ſacra Congregatio, & poſtreiñ 27. Maij 1628.

7 His caſibus exceptis, & alijs, qui habentur aperte in Rubricis, ſed Decretis ſacrae Congregationis, de quibus nos inſra ſuis locis, non licet mutare Officium vnius diei in Breuiario Romano præscriptum in Officium alterius diei; & qui mutat, præcepto non ſatisfacit, *Doctores apud Bonac. queſtione 3. punclo 1. num. 17.* & ſuſius probat *Hier. Onuphrius in aureo hac re opusculo Bononiæ edito.* tum quia Pius V. in Bulla non modo praegi subſtantiam, ſed etiam modum & formam Horarum Canonitarum; tum quia motus ille fuit, grauiſſime ferens varietatem orandi. Et *Snar. tom. 2. de Relig. lib. 4. cap. 23. num. 12.* & 14. iii improbat mutationem, vt ſi fiat hoc cauſa rationabili, improbabilem eam eſſe mutationem proſlus exiſtimet. Addit *Bonac. num. 19.* neque Episcopum poſſe hanc præscribere mutationem. quod intellige cum *Snar. loco citato c. 11. num. 6.* & *cap. 23. num. 17.* ſi ab Episcopo id fiat ex lege, aut quilibet permanenter, quod ait ad Papam ſpetare. Quod si mutatio fiat etiam et inaduentitia, debent omissa ſuppleri, *Toler. in Summ. lib. 2. cap. 13. num. 6.* & *Bonac. num. 18.* loco citato, quare in hac re non audiendus *Silneſt. v. Hora queſt. 12.* qui ante Pium V. vixit, neque *Nauarr.* qui *cap. 19. num. 217.* ante Pium ſcribens permifit, ſi non rō mutatio fiat.

8 Sed neque fieri potest mutatus, vt ſc̄ilicet dupli ciuitate celebatur Festum, quod alias ſimpli ſubſtru vel ſemiduplici decretum eſt, *Doctores qui ſuprâ.* Et ſacra quidem Congregatio Rituum die 3. Nouemb.